

- 7 Quintò, ut ignorantia in dubio præsumatur, quando non constat de scientia: quod cum infinitis probantur Cephalus d. conf. 647. num. 12. lib. 5. Menochius in conf. 15. num. 7. lib. 1. Rolandus dicit. consil. 93. num. 29. lib. 3. Honded. dicit. conf. 87. num. 11. Peregrinus dicit. art. 24. num. 67.
- 8 Denique & sextò, matrimonium putativum ad effectus prædictos, tunc dici, quando verè & solemniter contractum fuerit: hoc est, de jure communi in facie Ecclesiæ, & palam, & cum bona fide contrahentium, vel alterius eorum, ac denique servatâ formâ cap. cum inhibito. de clandestina desponsatione, quem text. & superiore traditionem optimè declarant, & alios multos recentent Menochius d. præsumpt. 77. in princ. libro 4. latius in conf. 199. ex num. 39. cum seqq. lib. 2. Verallus in decis. 25. & in decis. 150. num. 7. in 1. part. Joannes Vincentius Honded. dicit. conf. 87. num. 14. 15. & 16. & n. 23. & seqq. & num. 48. & seqq. Marcus Antonius Peregrinus de fideicommissis, dicit. art. 24. num. 65. Hodie verò servatâ formâ Tridentini, de qua in cap. 1. de reformat. matrim. sess. 24.
- 9 Secundò & principaliter constituendum est, ex dictis suprâ faciliè deduci præcipui hujus capituli dubii resolutionem; & in primis, cum Majoratus simpliciter institutus est, hoc est, cum descendentes alicujus familiæ simpliciter vocantur, aut certis vocationibus, aut substitutionibus factis, filii simpliciter, sive filii masculi ad successionem invitantur, filium primogenitum natum ex matrimonio putativo bona fide contracto in Majoratu succedere, ac etiam excludere alios filios ex legitimo matrimonio procreatos: quod sic resolvunt Molina de Hispanorum primogeniis, lib. 3. cap. 1. num. 12. Mieres de majoratu 3. part. quest. 15. n. 22. Alvaradus de conjecturata mente defuncti, lib. 2. cap. 3. n. 9. vers. sed pro 1. part. moventur dumtaxat ex eo, quod hic filius verè & propriè legitime natus dicatur quoad effectum successionis, ex dicit. cap. 2. cap. ex tenore, qui filii sint legitimi, cum aliis dictis suprâ. Eandem sententiam in fortiori terminis probatur etiam alii plures, quos statim commemorabo; ac verè hæc pars probatur expressim autoritate multorum, qui filios prædictos in dignitate, in feudo, in emphyteusi, & in fideicommissis succedere affirmant: hos in unum congesserunt Rolandus dicit. conf. 93. num. 18. & seq. lib. 3. Paleotus de nobis & spuris filiis, cap. 9. num. 14. Joannes Vincentius Honded. in conf. 87. num. 6. lib. 1. Peregrinus de fideicommissis, art. 24. num. 65. ad finem. Mantica de conjecturis ultimar. volunt. lib. 11. tit. 8. num. 24. deinde autoritate Dini in conf. 6. num. 12. ubi scribit, filios ex matrimonio putativo natos substitutum excludere, ac facere deficere conditionem, quando testator sic dixit: *Et si heres meus decesserit sine filiis, substituo Titium*, & sequuntur Capra in conf. 16. *Et si prima facie, col. ult.* Decius dicit. conf. 153. Ruinus in l. Gallus, §. si ejus, n. 99. ff. de liberis & posth. Curtius jun. in conf. 27. num. 6. Menochius in consil. 15. num. 5. lib. 1. & præsumpt. 77. num. 4. & 5. lib. 4. Idque procedit tam respectu filiorum ultimi possessoris Majoratus, qui ex matrimonio putativo nati sint, quam aliorum conjunctorum, aut consanguineorum, qui ex testatore, vel ex legis dispositione ad Majoratum vocantur, ex his, quæ dicebamur suprâ, num. 5. videlicet bonam fidem prodesse quoad successionem parentum, & omnium aliorum conjunctorum, ut in fideicommissis observant Peregrinus, & Honded. ubi suprâ.
- 12 Tertio & principaliter constituendum est, superior resolutionem non solum procedere in Majoratu simplici, sed etiam in eo, qui ea lege, aut conditione institutus sit, ut non nisi filii legitimi, aut legitime nati, vel ex legitimo matrimonio procreatis deferatur; tunc namque etiam in eo succedet filius primogenitus ex matrimonio putativo natus, ob eandem rationem, quia tales filii respectu facultatis succedendi, dicuntur verè nati ex legitimo matrimonio, cum lex ipsa civilis & Pontificia, quoad hunc effectum eos verè

legitimos judicaverit: quod cum Decio in conf. 153. n. 1. Gregorio Lopez in l. 1. tit. 13. part. 4. in verbo, se causa con ella, col. 2. Covar. de Sponsalib. 2. part. c. 8. §. 1. num. 3. Addit. ad Alexand. conf. 5. lib. 7. litera, A. defendunt Molina de Hispanorum primogeniis, lib. 3. dicto cap. 1. n. 15. Mieres de majoratu, part. 3. q. 15. n. 22. Socinus junior, qui per multa argumenta probat in consil. 63. per totum, & in consil. 39. ex num. 18. lib. 3. Mentchaca de successione progressiva, lib. 3. de fideicommissaria substit. §. 26. n. 26. Alvaradus de conject. mente defuncti, lib. 2. cap. 3. n. 9. vers. sed pro 1. part. fol. 62. Cephalus in conf. 82. num. 24. & num. 61. lib. 1. & in consil. 390. ex num. 44. lib. 3. & in conf. 444. n. 7. lib. 4. & in conf. 647. n. 29. lib. 5. Mantica de conjecturis ultim. volunt. lib. 11. tit. 8. num. 24. Hieronymus à Laurent. in decis. Avenionen. 70. per totam, ubi eleganter loquitur, & dicit iudicatum in favorem filiorum natorum ex tali putativo matrimonio. Antonius Thesaurus decis. Pedemont. 196. num. 7. Alexander Trentacinquius de substit. 4. part. cap. 7. n. 56. fol. 152. ubi dicit ab hac opinione non esse recedendum. Marcus Antonius Peregrinus de fideicommissis, art. 24. num. 72. qui dicit sententiam Decii magis communiter receptam. Joannes Vincentius Honded. in conf. 87. n. 6. lib. 1. Menochius lib. 4. præsumpt. 77. n. 6. ubi ex communi sententia, cum eodem Decio resolvit, filium natum ex matrimonio putativo, legitimum dicit, ut substitutum excludat, cum testator dixerit: *Et si heres meus decesserit sine filiis ex legitimo matrimonio natis substituo Cajum*. Et hanc opinionem ad partes disputare, quamvis prima facie necesse non videatur, quia Socinus junior d. conf. 39. ex num. 18. cum seqq. & in consil. 63. per totum, vol. 3. latissime, & doctissime disputavit, ad quem omnino confugiendum in hac quæstione admoneo: nihilominus tamen, nonnulla adjicere, & rem hanc latius explanare, idèd coactus videor, quod Scribentes hujus Regni, qui de primogeniis tractarunt, breviter nimis se habuerint, nec debitam disputationem præfato dubio tribuerint; alii verò, tam exteri, quàm hujus Regni Authores, nunquam radicem, & fundamentum istius dubii, sed solos ramos, & umbram tetigerint. Eo etiam, quod à prædicta sententia communi dissentit Curtius junior in conf. 27. numero 6. & latius in conf. 64. num. 11. & n. 17. & cogitandum reliquit Ruinus in l. Gallus, §. si ejus, num. 99. ff. de liberis & posth. prout advertunt Molina, Trentacinquius, Menochius, Mantica, Peregrinus, & alii relati suprâ, qui, ut dixi, à superiori sententia non recedendum affirmant, quamvis contrariam cum eodem Curtio juniore, in puncto juris veriorè esse contra Decium profiteatur, sed malè quidem, Caldas Pereira de nominat. emphyt. quest. 21. num. 42. 43. & 44. fol. 241.

Decius autem, ac ejus sequaces in confirmationem superioris resolutionis traditæ suprâ, n. 12. & 13. quatuor in effectu adducunt fundamenta, ex quibus sufficienter non probatur eorum conclusio.

Primò enim dicunt, quod natus ex matrimonio putativo dicitur verè legitimus, & habilis ad succedendum, & quod ad inducendam veram legitimitatem sufficit opinio colorata matrimonii, ut suprâ, in initio hujus capituli, latius probavimus. Sed parum urget, quoniam dubium non consistit in hoc, an scilicet natus de matrimonio putativo sit verè legitimus, & habilis ad succedendum, quod certum est, sed in alio, nempe an sit satisfactum verbis testatoris vocantis filium legitimum, & de legitimo matrimonio; nec concludit dicere: est habilis ad succedendum, ergo comprehenditur sub illis verbis; idque ex sententiam Doctorum, qui existimantur communiter, matrimonium putativum, verum non esse matrimonium, nec legitimum simpliciter, quos in unum congesserunt Antonius Gabriel communium concl. lib. 6. tit. de legitimatione, concl. 4. num. 2. & 4. Menochius lib. 4. præsumpt. 77. num. 8. & alii relati suprâ, num. 2. & latius explicabimus infrâ.

Undè & secundum fundamentum Decii diluitur, quod

- quod ceteri urgere putarunt scilicet quod natus de matrimonio putativo in feudo succedit: non enim sequitur; talis filius est habilis ad succedendum in feudo, ergo verba testatoris, quæ requirunt legitimum filium ex matrimonio legitimo procreatum, verificari debent in matrimonio putativo, ob eandem rationem, non ob alias, quas in hujus fundamenti solutione effudit Curtius junior locis relatis suprâ.
- Nec etiam tertium concludit, quod dos putativa habeat privilegia dotis veræ; nam inter dotem veram, & putativam multæ sunt differentie, prout 18. differentias ponit Baldus Novellus de dote, fol. 67. cum seqq. & notavit Menochius d. præsumpt. 77. n. 9. & 10. & dicitur infrâ, ante finem hujus capituli.
- Similiter nec urget quantum fundamentum, quod deducitur ex doctrina Castrensis, in l. finali, C. de verb. significat. nam Castrensis ipse, & cum eo Socinus contrarium in effectu tenent in l. in hâ, ff. de conditio. & demost. & verbum, fratribus, magis generale, & aptum est in specie ibi proposita, quam verbum, legitimum matrimonium, in quæstione nostra, ut de se patet aperte.
- 17 Nihilominus tamen sententia Decii, & verior est, ut dixi, & omnino amplectenda, sed aliis nititur fundamentis, quæ ad sequentia reduci possunt.
- Primò, quod quando casus unus est omnino ali adæquatus, dispositum in uno, censetur etiam in alio æquiparato dispositum, etiam in materia odiosa & correctoria, ut probat text. junctâ suâ Glossâ in l. si quis servo, C. de furtis, quem multis exornant Jason in leg. de quibus, num. 14. ff. de legibus, & in l. 1. col. 3. de legat. 1. & in l. si is qui pro emptore, num. 291. usque ad num. 306. ff. de usufructibus. Romanus in conf. 388. col. 2. & post Antonium Gomez. & Tellum Fernandez, Cervantes in l. 4. Tauri, num. 23. sed matrimonium putativum, quoad inducendam veram legitimitatem & effectus illius, est omnino adæquatum vero, & legitimo matrimonio, ex juribus, & Authoribus à me relatis suprâ, in princip. ergo dispositum in testamento, sive in quacunque alia materia in matrimonio legitimo, quoad hunc actum, & effectum succedendi, censetur dispositum in matrimonio putativo.
- Nec obstat, quod impugnando fundamentum Decii, dicebamur suprâ, nec etiam legitimum, & putativum matrimonium in multis æquiparari, dissentire tamen in multis, & argumentum à simili, dato dissimili, corrue: quia prædicta procederet, quando æquiparatio fieret simpliciter, secus quando comparatio fit tantum in illo, in quo omnimoda similitudo reperitur, quia tunc omnimoda dissimilitudo in aliis non nocet, ut notat Glossa ubi Gemin. post Joannem Andream in cap. non potest, de prebendis, libro 6. Abbas in cap. translato, col. 3. de constitut. ubi Decius in 3. col. Deinde, quia in casu præfati non fit comparatio inter verum & putativum matrimonium, inter quæ aliquando datur differentia, sed inter natum de putativo, & natum de legitimo matrimonio, inter quos quoad effectum prædictum successus & alios similes, nulla prorsus dissimilitudo reperitur, sed omnimoda similitudo, & consonantia ex omnibus juribus, & Authoribus superius relatis.
- 18 Secundò pro eadem sententia communi facit, quod legitime natus, dicitur natus de legitimo matrimonio, cap. innotuit, de electione, ubi textus refert dispositionem cap. cum in cunctis, de electione, & utitur verbo, legitime natus, & tamen text. in d. cap. cum in cunctis, utitur verbo, de legitimo matrimonio, sed natus de matrimonio putativo est natus legitime, cap. quod nobis, cap. ex tenore, ibi: *Legitimum judicetis; extra, Qui filii sint legitimi; & firmat expressè Baldus in cap. 1. §. naturales, in 3. col. vers. pone quod non si de feudo fuerit contro. si ergo legitime natus, dicitur natus de matrimonio legitimo; & natus de matrimonio putativo, est legitime natus: ergo & de legitimo matrimonio natus dici potest, prout latius infrâ explicabo.*
- 19 Tertio facit, quod electus, seu eligendus in Episco-

pum, debet esse de legitimo matrimonio natus, c. cum in cunctis, de electione; & tamen si electus, vel eligendus sit natus de matrimonio putativo, dispositioni illius textus est satisfactum, ut notant Abbas, & communiter alii in d. cap. ex tenore, & in d. cap. innotuit, de electione, Albericus, Baldus, & Salicetus in l. qui contra, C. de incestibus nuptiis: & pro certo supponunt Joannes Vincentius Honded. in conf. 87. n. 5. & 6. lib. 1. Peregrinus de fideicommissis, art. 24. num. 67. si ergo dispositioni legis utentis verbis, de legitimo matrimonio, est satisfactum, ex nato de matrimonio putativo, satisfactum etiam censeri debet dispositioni testatoris utentis illis verbis, de legitimo matrimonio, si succedere volens, de matrimonio putativo natus sit, quia, ut vulgatum est, dispositio legis & testatoris æquiparantur, & pro lege observatur testatorum voluntas.

Et huic rationi quamvis conentur respondere Curtius junior in d. conf. 64. & Alexander in conf. 5. volum. 7. vim tamen ejus non diluunt, ac ipsorum solutio confunditur aperte per text. in cap. per venerabilem, qui filii sint legitimi, & in cap. literas junctâ doctrinâ Abbatis ibidem, de filiis presbyterorum, item per text. in dicit. cap. quia in cunctis, de electione, ponderando, quod à verbis legis, ad verba testatoris validum est argumentum, leg. qui fuerit, §. questio, & ibi notat Barrolos ff. de manumissis testamento, l. cum quidam, & ibi notat Jason C. de verborum significat. l. qui filium, §. Sabinus, & ibi notant Bartolus, & Inno. ff. ad Trebellianum. Ancharanus in consil. 120. circa finem: ergo verba testatoris non debent intelligi magis strictè, quam verba legis; imò latius accipi possunt, ex his, quæ multum ad propositum scribit Socinus in conf. 13. n. 22. lib. 3.

Quartò facit, nam provisio facta à testatore per viam disputationis in uno casu, comprehendit alium omnium omnino similem, & undem effectum habentem: idque ex verisimili dispositionis voluntate, l. Titius, §. Lucius, ubi Jason, & communiter Scribentes l. Gallus, §. & quid si tantum, ff. de liberis & posthumis, & multis exornant Vivius lib. commun. opinionum, verbo, casus non expressus. Julius Clarus lib. 3. §. testamentum, quest. 76. regula 5. Mantica de conject. ult. volunt. lib. 3. tit. 19. num. 8. & 9. Grassus receptarum sententiarum, §. fideicommissum, quest. 4. num. 22. Molina de Hispanorum primogeniis, lib. 1. c. 4. n. 24. Alexander Trentacinquius de substit. 1. part. cap. 1. ex num. 25. Petrus Antonius de Petra de fideicommissis, quest. 5. num. 56. & num. 66. & seqq. & num. 96. & seqq. Menochius lib. 4. præsumpt. 73. Simon de Præcis de interpret. ultimar. volunt. lib. 2. solut. 2. à num. 101. usque ad num. 192. fol. 265. Paulus Leonius in conf. 27. ex numero 104. inter consilia ultimar. voluntat. vol. 2. Pedrocha in consil. 19. num. 84. & 85. & in consil. 12. num. 27. & seqq. ergo provisio expressim facta à testatore in cap. quod descendens, vel alius de familia sit de legitimo matrimonio, comprehendit illi omnino similem, & eundem habentem effectum, scilicet quando descendens, vel alius de familia ad successionem invitatus, est natus de matrimonio putativo: quod quantum ad legitimitatem, & successionis effectum eundem omnino effectum habet, quam verum & legitimum matrimonium, ut suprâ probavimus: & cum conditio illa ex legitimo matrimonio, sit necessaria ad actum, vel ad effectum actus succedendi, permiffa est extensio ad alium casum, & sic impleri potest per æquipollens, l. mulier, in princ. ff. ad Trebellianum, l. si mater, C. de institut. & substitut. Ruinus in d. §. & quid si tantum, in l. lectura n. 25. & n. 60. & ibidem Colta in 5. part. n. 37. n. 98. & 99. eleganter Menochius lib. 4. præsumpt. 185. ex n. 6. usque ad n. 11. & hoc est validissimum fundamentum, atque illud aperte præfatis Molina de Hispanorum primogeniis, libro 3. dicto capite 1. numero 15. dum dicit, sententiam Decii, ex præsumpta voluntate testantis veram sibi videri.

Quintò & ultimo facit, nam licet matrimonium putativum, simpliciter, & absolute loquendo, non sit ve-